

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8938

**Auteur(s) :** Thibaut de Moulines [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Barbery, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [...1190...]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Thibaut de Moulines, avec l'accord de son fils aîné Guillaume, donne à l'abbaye de Barbery 80 acres de bois situées à côté du bois de l'abbaye de Barbery et deux bordages à Moulines. Pour cette donation il a reçu de l'abbaye 60 livres du Mans, afin de libérer sa terre des mains des Juifs. Pour que les moines possèdent librement et paisiblement ce bois et d'autres bois donnés par lui auparavant, Thibaut donne à ses hommes de Moulines et du Mesnil-Aumont un droit communautaire sur son bois de Lachambre, en échange du droit communautaire que ces derniers prétendaient avoir sur le bois qu'il donne à l'abbaye.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1706 (n° 7).

## Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

Thibaut de Moulines est bienfaiteur de l'abbaye de Barbery vers la fin du XIIe siècle. Cet acte n'est pas évoqué dans la confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1182-1189.

### Texte d'après A

Notum sit omnibus quod ego Theobaudus de Molinis, assensu et concessione Willelmi filii mei primogeniti, donavi Deo et Beate Marie et abbacie Barbereii in perpetuam elemosinam liberam et quietam et ab omni servitio et consuetudine et ab omni seculari actione que potest evenire penitus absolutam, octoginta acras nemoris juxta nemus predictae abbacie inter viam de Essarto et rocam de Tuebof, et inter terras et viam de Cingal et divisas positas ante planiciem Maisnil Hosmunt, versus predictam rocam usque ad divisas ultra viam de plata petra versus la Folie et versus Molines inter nemus meus et nemus predictarum octoginta acrarum positas. Dedi etiam prefate abbacie .II. bordagia integre apud Molines que tenent Frobertus le Harel et Robertus de Borriana presbyter. Pro hac autem donatione habui de caritate sepredictae abbacie .LX. libras cenomanensium, ad liberandam terram meam de Molinis de manu Judeorum. Hoc autem predictum nemus cum nemore prioris donationis mee possidebit predicta abbatia liberum et quietum, pro qua libertate dedi hominibus meis de Molinis in excambium illius communionis quam habebant et se habituros reclamabant, communionem in nemore meo de Lachambre, in quo nullam prius communionem habuerant. Hoc excambium predicti homines de Molines, et etiam homines de Maisnil Homunt concesserunt, et pacifice receperunt, et affidaverunt se in posterum nullam communionis reclamacionem facturos in predicto nemore monachorum. Hanc elemosinam ego et predictus Willelmus filius meus obtulimus per

librum super altare prefate abbacie, et juravimus nos eam sepedicte abbacie contra omnes homines defensuros et garatizatuos. Et ut hec omnia rata et inconcussa permaneant, presenti carta ego Theobaudus et Willelmus filius meus voluimus annotari, et sigillorum nostrorum testimonio confirmari. Testibus his, Ranulfo priore de Barbereio, Hugone de Pouceio, Roberto de Columbeio, Andrea de Toca, Radulfo de Lachon, monachis, Theobaudus de Sancto Germano, Hugone de Cingal, Ernulfo de Tornebu, presbyteris, Rogero Farou, Grentero filio Herberti, et multis aliis.